

Ann. 985, mense martio.

Promissio Villielmi filii Apponis comitis de Musso bergomatis facta abbati monasterii s. Ambrosii Mediolani de eo non molestano pro quibusdam servis.

LUPUS, *Cod. Dipl. Bergom.*, Tom. II, p. 375.

Ex autographo in Arch. s. Fidelis Mediol.

PORRO.

† In nomine Domini Dei eterni. Anno incarnationis Domini nostri Ihesu Christi nono centesimo octogesimo quinto ⁽¹⁾, mense marcius, indictione tertia decima. Promitto adque spondeo me ego
a Wilielmus de civitate bergomense, filius bone memorie Auoni qui fuit comes, qui professo sum a natione mea legem vivere langobardorum, tibi Gaidoaldi abbas monasterio beati Christi confessoris Ambrosii, ubi ejus sanctum humatum corpus requiecit, qui est constructum foris et prope civitate Mediolani, ut damodo in antea nullumquam in tempore non sit mihi qui supra Wilielmi nec meos heredes nec nostra submissaque persona licenciam nec potestatem oponente capitulo nullamque ocansione, quod fieri potest, agere nec causare nec requirere contra te qui supra Gaidoaldus abbas nec contra tuosque successores, nec contra cui vos legibus dederitis; idest nominative de pertinentes servos et ancillas, eorum nomina vocantur Benedictus et Dominica jugalibus, seu Leo et Martinus, Ambrosius,
b item Benedictus, Pedrevertus, Iohannes filii eorum jugalibus, Petrus et Benedictus itemque jugalibus habitantes in vico Anticiaco, Leo et Petrus, Protasius, Gumperga, Inselberga filios et filias eorum Petri et Benedicte jugalibus, seu de cunctas anc natione suorum, tam filiis et filiabus suorum juris ipsius monasterii. Quit si aliquando tempore ego qui supra Wilielmus aut meos heredes aut nostra submissaque persona contra te qui supra Gaidoaldus abbas, aut contra vos successores, aut contra cui vos legibus dederitis, de istis pertinentibus vel de suorum filiis vel filiabus agere aut causare presumpserimus, supplicandum principes aut iudices, dicendum quod nobis exinde aliquit pertinere deberet, et vos seu
c pars ipsius monasterii quiete et pacifice abere non

permiserimus, aut si de meum datum aut factum in alia parte aparuerit, cui ego exinde dedissem aut fecissem; tunc si oc aparuerit, aut unde egerimus, omnia vobis in dublum componamus, et insuper pena argentum denarios libras quinquaginta ego Wilielmus cum meos heredes tibi Gaidoaldi abbas tuisque successoribus, et insuper omni tempore taciti et contenti ego Wilielmus cum meos heredes exinde esse et permanere debeamus, quia in tali tinore et sicut supra legitur; et ad anc adfirmandam promissionis cartula accepi ego qui supra Wilielmus at te Gaidoaldus abbas ex permissio tuo Adelbertus de loco Albigne ⁽¹⁾ exinde launeehild manicias duas, qui omnia sic inter nobis convenit. Actum in ripa fluvio
d Adua in fundo Amberciaco.

Signum † manus suprascripto Wilielmi, qui ac cartula promissionis ut supra fieri rogavi, et ei relecta est.

Signum † † manibus Warimberti filius quondam Umberti de Calego, et Radaldi qui et Rozo de Robiate, testis.

† Arderatus iudex sacri palatii rogatus subscripsi.

† Warimbertus rogatus subscripsi.

† Anselmus notarius sacri palatii scripsi, post tradita complevi et dedi.

(1) *Albigne*, ora *Albino*, distretto di Alzano Maggiore.
Amberciaco, Imbersago, distretto di Brivio.
Calego, ora *Calco*.
Robbiate nel distretto di Brivio.

(1) Questa carta fu scritta prima del 25 marzo, senza di che avrebbe dovuto portare l'anno 986, perchè in essa fu usata l'era pisana *ab incarnatione*. La pergamona ora è guasta, e non vi si legge più la data per intero. Ai tempi del LUPUS pare fosse meglio conservata, poichè egli poté stamparla senza osservazioni.